

Eberhard Deichmann Gregor Westphal


## **Themata Iuridica De Testamentis, Qui Ea Facere Possint, & quomodo fiant:**

Rostochi[i]: Pedanus, 1618

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749375426>**

Druck Freier  Zugang





V. K. — 2 (124.)

1. Bickmann de rerum divisione.
2. Bickmann de sponsalibus et nuptiis.
3. Bickmann de successione legitima.
4. Bickmann de testamentis.
5. a Diesfeldorf de adulterio lege divina et humana coercendo.
6. a Diesfeldorf de eo quod justum est circa aegla.
7. Secher de jure aperturæ. Opusculi unum.
8. Kemmerich de tutela pactitia tam in jure Romano quam Germanico fundata eisque in foris utu.
9. Secher ad L. 38. de minor. de prescriptione conventionali et minore advenus eam a principe restituta.
10. Secher de piratatione.
11. Secher de momentanea possessione et lite vindictarum.
12. Hartmann de deposito irregulari.
- 12<sup>b</sup> Koenig de jure consuetudinario.
13. Koenig de officio mariti erga suam uxorem.
14. Koenig. Testamentum judicis extra judicium oblatum, si loco actuarii Notarius substitutus sit, jure Saxonico effectu suo destituitur.
15. Koesel de servitutibus realibus.
16. Knoblach de Zittawensi communiore bonorum inter conjuges.
17. Kirchmaier Latinitas legalis præter mentem suspecta et erecta.
18. Kitzel de foro competente.
19. Kirchmaier de pœnore unciano, generatim de usuraria pravitare.
20. Klengel de contractibus consensualibus.
21. Kleppenbein de mutationum in rebus publicis causis et remediis.
22. Muscius de foro rei sitæ etiam ad res mobiles quas vis pertinet.
23. Muscius de prædicatione Justiniani sacri.
24. Triggelaer de injuriis coercendis.
25. Kirchmaier de exceptionibus.
26. Hüblwein de jure monetarum.
27. Krimbergk de collatione bonorum.
28. Krimbergk de testamentis.

29. Kraus de successione liberorum ea circubina procreatorum.
30. Kraus de patre ea facto folii obligato.
31. Kraus de patria potestate.
32. Kraus de liberis ea matrimonio inter quosdam supratam,  
que ab alio, iusto, natis.
33. Kraus de fratre unilaterali defuncti materteram iure va-  
canti communi a successione excludente.
34. Kraus de eo quod justum est circa poenam furti.
35. Kraus de eo quod justum est circa peruationes in iudicio  
falsiorum.
36. Kraus de eo quod justum est circa testes in postposito summa-  
riissimo.
37. Kraus de eo quod justum est circa probationem per testes  
domesticos.
38. Schröter de universitate herede.
39. Schröter de eo quod circa facta universitatum licita justum  
est.
40. Heimburg an is, qui iure prolationis quoad sortem in circuitu  
est nuntius eodem quoque gaudeat ratione usurarum?
41. Heimburg de fisco res debitorum fiscalium iure creditoris  
distrahente.
42. Heimburg de conditione mulieri intercedenti competente.
43. Welsen de testamentis.
44. Werner de dolo malo.
45. Werner de beneficio ordinis seu cooptionis possessori extra.
46. Werner de beneficio ordinis seu cooptionis possessori extra,  
nec contra creditorem, sive ea generali sive ex speciali hypo-  
theca agat, competente.
47. Werner de actione pignoratitia directa utrum utiliter ad-  
versus tertium possessorem locum inveniatur?
48. Werner de obligatione alteri per adterum querenda.
49. Werner utrum princeps imperii privato, mutuum repetenti ea-  
ceptionem illiciti foeneris et usurariae pravitatis recte objiciat?
50. Werner de dignitatibus.
51. Werner de rationibus.
52. Werthoff de examine testium extraordinario in perpetuum rei me-  
morant.
53. Werthoff de iudicio admiralitatis Hamburgensis.

Themata Juridica  
DE  
TESTAMENTIS,  
QUI EA FACERE POSSINT,  
& quomodo fiant:

QUAE

DEO BENE FAVENTE,

Seitu & auctoritate Amplissimi J Ctorum ordi-  
nis in incluta Academia Rostochiensis,

PRESIDE

EBERHARDO DICKMANNNO

Osnabrug. Weltph.

Collegis suis politiss. doctissimis, exa-  
minanda proponit,

GREGORIUS VVESTPHALUS

Stetinens. Pomeran.

Ad diem 14. Calend. Januar. horis locoq. solitis



ROSTOCHI

Typis Joachimi Pedani, Acad. Typog.

ANNO M. DC. XXIX.

*Clarissimo Humantissimo atq. Conspicuosissimo viro Dno Hen-  
rico Kilmanno Phil. M. & V. C. Illustriss. Loedago: Sedim. Con-  
sistorio dignissimo Agente & promotore collegio multo min. Sa-  
lute Respondent.*

Dn Reso. Amico suo amicissimo.



*VIROS AMPLISSIMOS,  
CLARISS. CONSULTISSIMOS,*

**DN. ELIAM PAULI J. U. D.**

celeberrimum, Supremi Ducum Pomeraniæ Illustriss. Dicasterij  
Advocatum laudatissimum, inclutæ Sedinensium,  
Reipubl. Senatorem primum.

**DN. MICHAELEM ZURIUM,**

J. U. D. eximium & ejusdem Archidicasterij Advocatum  
dignissimum,

*hujus legalis Exercitij*

Patronos & Mæcenates summos:

*NEC NON*

*VIROS PRÆSTANTISSIMOS,  
DOCTISSIMOS, OMNIQ. VIRTUTUM  
LAUDE POLITISSIMOS, J. U. C.  
MERITISSIMOS,*

**DN. DAVIDEM GORLITIUM,**

adfinem honorandum,

**DN. DANIELEM BRUCKHUSIUM,**

amicum suspiciendum,

Fautores colendos:

*officiosissimè, peramanter,*

*exoptat, appellat,*

**GREGORIUS WESTPHALUS**

*Sedinens. Pom. Respondens.*



## Positio Prima.

**U**m nulla fermè Juris materia utilior, ad farinam aptior, *Dauth. de testam. in pr.* immò neq; scrupulosior hac ipsa de testamentis, quæ à prisceis vix sine Jurisperito scripta sunt, *l. cum ex filio. virg. princ. de vulg. & pupil. subst. l. Lucius. §. fin. de leg. 2.* in jure nostro extet, eam in præsentia paucissimis pertractare, animus est.

2. Est autem testamentum (quod origine per jus gentium introductum, *arg. l. cum ratio. 7. de bon. damnat. Digl. ad §. sed prædicta. n. 5. l. h. t. & postea legibus informatum esse, asserimus. Clar. §. testamentum. q. 2.) testamenti, *pr. Inst. h. tit.* hoc est, Voluntatis nostræ justæ sententia, de eo, quod quis post mortem suam fieri velit. *l. 1. hoc tit.**

3. Et dividitur in publicum & privatum. Illud omnium testamentorum solemnitatem superare videtur, cum Principi, tanquam toti juri insinuatam, inferrum, ejus conscientiam teneat: vel, adhibito magistratu loci, actis publicis ab ipso testatore junctum, satis securum sit elogium. *l. omni um 19. C. h. t. Dn. Cothm. Resp. 68. n. 8. Dn. Lindeman. præceptor meus honorandus, Exerc. Justin. 3. thes. 7.*

4. Hujusmodi tamen actus, apud ipsum Imperatorem facti & gesti, vires legitimas non sortiuntur, nisi testium saltem duorum subscriptione, ac testimonio substantiæ



stantia & veritatis, nec non notorietatis *Bald. in d. l. omnium. n. 1. firmati & roborati sint. d. l. omnium. verb. idoneis testib. & ibi Cyn. num. 3. Dn. Cothm. de Resp. l. i. v. 68. & seqq. & n. 87.*

5. Privatum rursus in soleanne ac minus soleanne dispescitur: *S. sed cum. 3. & S. fin. l. h. t. fitq; scribendo postuōs vel nuncupando Quasq; l. here de s. 21. h. tit.*

6. Primum autem si quæramus, an valeat testamentum, considerandum erit: utrum is qui fecit testamentum, testamenti factionem habuerit: deinde si habuerit, an secundum Regulas juris civilis testatus sit. *l. si quæramus. 4. h. t. l. 14. de jur. codicill.*

7. Et quidem omnibus testamenti factio permissa est, qui non specialiter prohibentur. *tit. Inst. quib. non est permis. fac. testam.*

8. Prohibentur autem quidam vel naturâ vel lege. Natura, ob animi defectum, testari prohibet, Impuberes, *S. 1. l. d. t. l. 5. ff. h. t. furiosos, d. S. 1. l. furiosum C. h. t.* item, post sententiam declaratoriam, prodigos, *S. 2. Inst. quib. non est permis. fac. testam. l. 18. h. t.*

9. Furiosi tamen, dilucida habentis intervalla, testamentum, eo tempore, quô furor remissus fuit, vel ante furorem ab eo factum, ac consummatum, de jure validum est. *d. S. 1. l. 9. C. eod. l. 16. l. 20. eod.*

10. Corporis quidem infirmitas non obest testamenti: sed saltem mentis sanitas & intellectus requiritur. *l. 2. l. 17. qui testam. fac. post. l. furiosum 3. C. eod.*

11. Hinc quoque adstruimus, ætatis senium, mentis sinceritatem tenentibus, testamenti factionem non auferre: *l. Senium. C. qui testam. fac. post. ac proinde verulæ vel acharontici senis testamentum omninô valere. Dd. in l. 1. C. si quis aliq. testari prohib. vel coeg.*

12. Mutis quoq; surdis, & cæcis, non indistincte, sed suo quodam & singulari modo testari licitum est. *l. hac consultiſſima. s. & l. discretis 10. C. d. t. Nov. Leon. 39. Go-metz. ad l. 3. Tauri. n. 51. vid. Reſſus Sac. Imperij Anno 1512. Colonia habitus. tit. Von Testamenten / S. aber zu einco Wunden.*

13. Lege autem adempta est testamenti factio nonnullis ob statum & conditionem, ut: servis, *l. 16. h. t. & l. 19. eod.* ab hostibus captis, *l. 8. d. t.* (quod tamen hodie, nisi in bello adversus communes fidei & religionis hostes Mahumetanos, quiq; captivos suos in durissimam servitutum trahunt, obiner) de statu suo dubitantibus, *l. 14. l. 15. eod.* oblidibus, *l. obsides. eod. l. 31. & seq. de jur. fidei* propter heresim excommunicatis, *Auth. credentes. C. de heret. l. 4. §. 5. C. eod. c. vergentis. de hereticis & c. cum secundum. eod. Gail. de pac. publ. c. 19. n. 17. & similibus.*

14. Potestas patriam filiamfamilias quoq; nisi de Castrenſi aut quasi Castrenſi peculio, in quo pro patre familias habetur, testari impedit, *l. 6. l. 16. l. 19. h. tit. l. fin. de in offic. testam. ad eod. quidem ut nec permittente patre testamenti ordinatio procedat: l. qui in potestate. d. h. t. licet in donatione causa mortis secus sit. l. tam is. 25. §. in. de mort. caus. donat. Dauth. de testam. n. 100.*

15. De bonis quoq; adventitijs, quorum ususfructus patri non acquiritur, testari ei neuntquam permittitur. *pr. inst. quib. non est permis. fac. test. l. nemo pen. C. qui test. fac. post. Cujac. in d. l. 6. h. t. Dauth. d. tract. n. 154. & seqq.*

16. Verum respectu testamenti, quod fecit dum patrisfamilias esset, redeundo postea in potestatem patriam, num, quo ad peculium adventitium, testatus decessisse dici possit, quaritur? *Affirm. l. fin. C. de sentent. pass.*

17. Idem quoq; de nepotibus & ulterioribus, potestati patriæ subjectis dici posse, docet *Vult. ad pr. quib. non est permis. fac. testam. n. 13. in fin.*

18. Lege quoq; ad testamenti factionem non admittuntur, damnati ad mortem: *l. qui à latronib. 13. §. 3. h. t. l. 8. §. si cui. eod. nisi sententia Condemnatoria, per interpositam appellationem, sit suspensa; G. ail. de pac. publ. n. 8. c. 19. l. 1. §. fin. ad Sct. Turpill. etiam si diversum de consuetudine induci possit, receptumq; sit. Daurh. d. tract. n. 209. vers. hoc tamen. Ordin. Camera p. 2. lit. 28. vers. quadam. Constit. Saxon. p. 3. c. 6. Myns. obs. 41. 42. cent. 4.*

19. Aliquando etiam testamenti ordinandi facultas non ex vitio personarum, sed rerum qualitate impeditur, ut in feudis, in quibus proprium quoddam successionis jus est, & inde in ijs parum vel nihil voluntas testatoris potest. *c. 1. in pr. de feud. success.*

20. Prælati & Clerici de bonis quidem patrimonialibus & sua industria acquisitis, non verò de fructibus beneficiorum, & his quæ ab Ecclesijs habent, testari possunt. *c. 1. & c. quia nos. & c. relatum. extr. de testamen. c. Clericus. & c. duo. 12. q. 1. c. Episcopus. 10. q. 2.*

21. Veruntamen, quò testamentum secundum Regulas Juris civilis factum dicatur, requiritur, ut is, qui in scriptis testari vult, scriptum testamentum, in quo heredis assignatio, manu testatoris aut alterius cujuscumque ejus rei gratia adhibiti, facta est, *§. 4. l. h. t. l. jubemus. C. h. t. Novel. 119. c. 9. septem testibus classicis rogatis, subscribendum & obsignandum exhibeat. §. 3. l. h. t. l. 22. & l. pen. eod.*

22. Septem autem testes de substantia probatoria cum sint; eisdem tempore pestis seu Epidemix quoq; omnino

omnino in testamento requiri, de jure verum dicimus. *l. casus 8. C. h. tit. licet communis Dd. opinio sit in contrarium. Gail. 2. obs. 118. n. 18. Myns. 2. obs. 96.*

Subsignatio fieri potest annulo vel proprio vel alieno (dum tamen, si alieno utantur testes, mentionem, ejus rei in subscriptione faciant. *l. 22. §. si ab ipso & ibi Dd. h. t. l. 12. C. eod.*) & non tantum signatorio, sed & alio signaculo *καταχρηστικῶς* habente. *§. 5. l. h. t.*

24. Quamvis verò testes alieno annulo, etiam ipsius testatoris *l. 22. §. 2. h. t.* signare testamentum possint, tamen alter alterius nomine subscribere planè nequit: *d. l. ad testium 22. §. 4. eod.* nisi sint in tali loco, ubi tot literati non reperiuntur. *l. hac consultißima. 21. l. fin. C. h. t. l. 30. eod. tit. Dn. Cothm. vol. 1. Consil. 26. n. 99. & n. 100. & seq.*

25. Debet quoq; unus perpetuusq; testamenti esse contextus, *§. 3. l. h. t. l. 21. §. 3. eod.* & nullus contractus, immò nullus actus alienus, nisi qui ad testamentum pertineat, *d. l. 21. §. fin. in fin. eod.* vel necessitas urgeat, intervenire. *l. cum antiquitas. C. h. t.*

26. Quod si unum ex his solemnibus desit, injustum est pagani inscribis testamentum, neq; ullius est momenti: *l. 1. de injust. rupt. adeò, ut ex eo nec legata, nec fideicommissa debeantur. l. 17. de injust. rupt. arg. l. quoties, qui satisd. cogunt. l. fideicommissa. 12. §. 1. & ibi Bart. de leg. 3. Wesf. in parat. n. 6. de injust. rupt. & irrit. fact. testamen.*

27. Non obsistit juris Pontificij auctoritas, quo ejusmodi testamentorum solennia jam olim sublata sunt. *c. cum esses. de testam. & ibi Panorm. & Dd.*

28. Possunt autem regulariter omnes esse testes, qui non expressè prohibentur, ut: Impuberes *l. qui testamento. §. in pr. ff. & §. toties. l. h. t.* servi, muti, surdi, *d. §.*

*d. S. testes, furiosi, l. in negotijs. d. R. J. & de S. testes, & prodigi l. is cui h. t. & c.*

29. Fœminæ quoq; licet moribus nostris testari, & ex testamentis aliorum capere possint: alij tamen in testamento testimonium dicere nequeunt: *S. 6. l. h. t. l. 20. S. 6. eod. etiam si in Codicillis alijsq; causis aliud constitutum repenatur. c. mulierem. 33. q. 5. d. l. 20. S. 6. h. t. Dn. Lindemannus preceptor meus colendus, d. exerc. Justin. 3. thes. 23.*

30. Nec heres scriptus, neq; is qui in potestate ejus est, neq; pater qui in potestate eum habet, aut fratres in ejusdem potestate constituti, testes adhiberi possunt. *S. in testib. Inst. h. t. & l. qui in testamento. in pr. eod. Novell. Leon. 69.*

31. Quod in legatarjis contra habetur: hi enim testes adhiberi possunt, cum certi corporis, non juris seu universitatis successores sint. *S. 11. Inst. h. t. d. l. 20. in pr. h. t. l. 14. de reb. dub.*

32. Ob Carmen formosum. *l. 18. S. un. h. t. Constit. Nov. Imp. P. H. S. c. 10. Dn. Cothm. Resp. 18. n. 39* vel ob erimen repetundarum damnatus, *l. 15. in pr. de test. testimonium perhibere, lege quoq; omninò prohibetur.*

33. Nec quicquam interest, quali materiæ testamentum inferibatur: *S. 12. Inst. h. t. modo id tabulis, quæ omnem testamenti figuram significant, l. 1. de bon. poss. secund. tab. committatur.*

34. Neq; requiritur necessariò illud ipsum chordalis ligari, sed sufficit scripturam testamenti involutam & plicatam, licet neq; consignatam, neq; ligatam neq; clausam, proferre. *l. hac consultiissima. C. h. t. Quod etiam d. sacrij Imperij constitutio, probat. Ordin. Anno 1512. Colonia. facta, sub d. tit. Von Testamenten / p. 98. in fin. vers. die Form verb. oder allein beschloffen vnd eingewickelt sey / & c.*

Omnia

35. Omnia quæ de testamento mystico dicta sunt, feruè quoq; in nūcupativo (quod magis frequentari, quā scriptum, quōdiana docet experientia, & expressum est in *d. recessu. Dieta Colonienfis. Anno sup. dicto, habita, sub tit. Von Testamenten in pr. & in §. die Form.*) obtineat: nisi quod in hoc scriptura opus non sit, *l. 1. de hered. instit.* sed sufficiat si coram testibus voce nuncupetur, absq; ulla eorundem subsignatione aut scriptura. *§. fin. l. h. t. l. 1. ita. §. fin. de bon. poss. secund. tab. d. constit. Imp. vers. obi. die Form.*

36. Hodie tamen ab hac forma testandi recessum est, & majoris fidei causa, plerumq; Notarius aut Tabellio publicus, qui voluntatem testatoris coram septem testibus, (inter quos *d. Constit. Maximil. Anno 1512. Colonia lata sub. d. tit. Von Testamenten / §. vnd sollen die Notarien auffmerckung haben / &c.* Notarius ipse quoq; numeratur) palam nuncupatam, scripto excipiat, & rei gestæ veritatem publico instrumento comprobeat. *Heig. ad §. fin. h. tit. n. 1.*

37. Verum si alius coram notario & testibus interroget testatorem, ipseq; se agnoscere, æquipollentibus verbis profiteatur, valebitne testamentum? Negativ. tuebimur. *arg. l. heredes palam. h. t. l. jubemus. §. quemadmodum. C. cod. Vigl. ad §. sed cum paulatim. sup. n. 11. & 12. Inst. h. tit.*

38. Sin verò nuncupatio non sit explicita, sed saltem implicita, referens se ad scedulam apud religiosum quendam depositam? si constet testatorem de eadem scedula sensisse, testamentum valere autumo. *l. quoties §. si quis nomen. l. 77. de hered. instit. Clar. d. §. testamentum. q. 3. Vigl. loc. alleg. n. 13.*

39. Si quis autem in scriptis testari velit, & nuncu-  
pativi tantum testamenti solennitates adhibeat, utrum ve-  
nuncupativum valeat? *l. ex imperfecto. l. si unus. C. h. t.  
l. ad testium. §. si quis. eod.*

40. Et hæc in testamentis paganorum procedunt.  
Militibus autem in expeditione degentibus, ob pericu-  
lorum functionem, communem Republicæ utilitatem,  
armorumq; strepitum, qui verba legum exaudiri non  
sinit, *l. fin. C. de jur. delib.* quoquo modo velint & pos-  
sint, nudâ testatoris voluntate sufficiente, testamentum  
condere permittitur. *tot. tit. ff. & C. de milit. testam.*

41. Quod tamen de militibus in acie constitutis,  
non extra conflictum in expeditione degentibus intelli-  
gendum: in horum namq; testamento duos testes requi-  
ri, sufficienter probat, *d. constit. Maximil. sub. tit. von  
Testamenten §. vnd sollen. vers. Oder von Rittern.*

42. Verum, milites nostri seculi, num eodem jure  
gaudeant, & adrogatos, ut Professores, Advocatos, &c.  
rectè illud ipsum extendi queat, dubio non caret? illud  
propter rationis identitatem affirmamus; hoc negamus.  
*§. fin. vers. sed jure communi. l. h. t. arg. l. 1. h. t. & l. fin. C.  
de jur. delib.*

43. Idem quoq; de limitaneis militibus, stationarijs  
& alijs so auff Herrn Vestungen in der besatzung ligen / quod  
de constitutis in acie, statuimus, statuendum esse, dici-  
mus. *l. fin. h. t. l. §. 1. de V. S.*

44. De rusticis hominibus idem sentiendum sit,  
haud immeritò ambigitur? *vid. l. fin. C. de testam. l. 3.  
§. 22. ad Sct. Syllan.*

45. Ad eundem modum, testamenti scilicet militaris, illud quod fit inter liberos, privilegiatum est. *d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. h. t.*

46. Si tamen parens, sciens literas, inter filios in scriptis dispositionem facere velit, solennitates in *Nov. 107. c. 1.* expressas, observare tenetur. *Dn. Præcept. Lindenman. d. Exerc. 3. Inst. th. 7. vers. si tamen.*

47. Attamen voluntatem suam si velit, nuncupare, ad illius probationem duos testes non rogatos, vel etiam mulieres sufficere, arbitramur. *Gloss. in Auth. quod sine, & in l. fin. verb. excepto. C. de Codicill.* Huc etiam supra allegata *Moximil. Imp. Constit. sub tit. von Testamente. §. und sollen/colimat.*

48. Si autem parens solenne testamentum condat, & uni filiorum plus quam alteri relinquat, debita tamen legitima neminem defraudet, id ipsam subsistere, statui-  
mus. *l. parentib. s. C. de inoffic. testam.*

49. Attamen si uni filiorum immensa donatio à patre facta sit, possunt reliqui filij huiusmodi donationem, usq; ad legitimam, per querelam inofficiosa donationis aut testamenti revocare. *Auth. unde se-parens. C. de inoffic. testam. l. si totas. C. de inoffic. donat.*

50. Quando verò pater cæcus inter liberos suos testatur, an ad solennia supr. allegata *l. hac consultissima. §. C. h. tit. adstrictus sit?* nos cum *Heig. ad §. cæcus autem. l. h. t. n. 6. Grass. recept. sent. §. testam. q. 31.* negativè concludimus.



B. 2

Aucta-



## Auctaria.

1. *Anne per aquam frigidam probatio licita & legitimam ad torturam indicium sit? Eam omni Furi, Divino Naturali & Civili contrariam, ab ijsq; prohibitam esse, statuimus.*
2. *An Legitimi per subsequens matrimonium parentibus cum reliquis liberis, per omnia, etiam in feudis pro legitime natis für eheliche geborne Leibs erben concessis, succedant? Aff.*
3. *An actio injuriarum ad palinodiam, si ve recantationem, qua ex frequenti usu introducta & à Carolo V. Imp. comprobata est, civilis vel criminalis sit? illud Aff.*
4. *An mulier in repetitione dotis omnibus creditoribus, etiam anteriorem hypothecam habentibus, præferatur? Aff.*
5. *An minor resignando præbendam suam, enormiter laesus, in integrum restitui possit, non obstante, quod jam alteri collatum sit beneficium? Aff.*
6. *Qui vult agere rei vindicatione posse cumulare Publician. non autem è contra, statuimus.*
7. *Utrum Emphyteuta ipso jure sine prævia sententia, an verò ea præmissa, Emphyteusi sua privetur? illud de jure verum Affirm.*
8. *Anne, (licet in alijs secus sit) virgini in faciem lesione aut vulnere inflicto, deformitatis ex*

cica-

cicatricis per hoc conciliata nota, aestimatio fieri que-  
at? Aff.

9. Num amissa per lusum, quasi ex turpi causa  
data, repeti possint? Disting.

10. Si mulier renunciat juri hypothecarum, an  
ad alias res vel personas, quam ad eas, quib. est fa-  
cta hac renunciatio, extendatur? Neg.

11. Utrum pro simplici defensione honoris vel fa-  
ma injuriam verbalem alia injuria verbali retun-  
dere permissum sit? Affirm.

12. Num debitor, qui non est solvendo cessis bo-  
nis, incarcerari, vel cada ver ejus in sepultum, deti-  
neri possit? Neg.

13. Furem semel strangulatum iterum strangu-  
lam posse, si patibulo cadat, asserimus.


14. Remittens Rancorem ob animae salutem,  
num videatur actionem injuriarum remisisse? Neg.

15. Vulnerati in mortis articulo constituti asser-  
tio, anne praebeat indicium ad torturam? Neg.

16. Decisio hac, Principem regalibus tentem,  
suas ditiones & vias regias latronibus purgatas  
tenere debere, alioquin ipsum ad damnum resarcien-  
dum obligatum esse, numerum claudat.

B 3

P.R.A.



PRÆSTANTISSIMO DOCTISSIMOq

*Dn. Respondenti*

GREGORIO WESTPHALO.

**E**uge audax facinus! si quis committat  
aperto

Secælo, rapidis satis haud instructus ab alis.

Qui sine bob q arat, non-tutæ mētis Orestes  
ulūs urget opus pauci, magniq; laboris.

Mercator quàm cautus! ubi concredere  
ponto

se volet, extremos jã-nũc cursurus ad Indos,

Sollicito fidam quærit sibi pectore navim.

Sola Minerva malê incauta, heic dignum ca-  
coëthes

æternis Meliorũ odijs, genus omne juventæ

Intonsũ& studia exercet diro omine cuncta

Auditum ut Jovæ nomen, sacra pagina nobis  
ut visa est, pede non lento properamus ad

aras,

captamusque aufu cæco sacra pulpita  
quisq;

Auriculæ extremo vix hausimus, quid

*Themis alma*

quid

quid fiet *Ars æqui*: Jurisq; scientia quid sit:  
Quæ *Juris partes*; quæ primæ *Juris & æqui*,  
audita hæc in quâ vix, intellectaq; nūquam,  
& tamen audemus medio res litis in omnes  
caufidici ire foro. Nunc *accusasse* nocentem  
visum: mox *appellamus*. Si fortè gerenda  
res calamo; En! *duplico, triplico*. Vis nomine  
vero?

Implico, confundo tricisq; plicisq; Dicastè,  
pendeat ancipiti seclum mala causa bilance.  
Sed nunc sponte mea morborum dælinò &  
herbam

signabo. *Genitrix turbarum Inscitia*. O he  
tolle malum! *Praxin bene-fida Theoria Juris*  
*ante-eat*, pennas quæ sola ministrat eunti  
perq; forū & causas; medio ne forsitan ausus  
in cursu lapsus, hæres sis degener æqui.

Tu *Gregori* sapis, & meliori numine tactus  
Tuta tibi satagis posuisse statumina praxis.  
Maeste isthòc animo *Juvenis*. Sic strenuus ito  
qua pietas iter, & Juris tibi regula signant.  
Perge isthòc animo *Juvenis* bene-docte labore  
*Munera DI vendunt, vincire? Theoricus ante*  
*qui bonus est, facul hic melior fit practicus olim.*

*Indit l. mg. M. JACOBUS BREIGERUS*



*Dn. Resp. Contubernali & Commen-  
sali suo fraternè colendo*


**D**Eterius nihil est, nil perniciosius est, quã  
O T I A per totum deliciosa solum.  
Oti odant VITIIUM; quid, quæso, proptius ille  
Sumere, quò tritū, quò breve ducit iter,  
Dat vitiū cunctis, ejus qui castra sequuntur  
Præmia pro meritis, quæ mala cuncta  
potest.


At contra nihil est SUDORE salubrius unquã,  
Impiger impigro quem labor ipse facit.  
Nobilis assiduo VIRTUS, sudore paratur  
Ad quam longa satis tesqua per hirta via  
est.


Dat virtus Cūctis, ejus qui castra sequuntur  
Præmia pro meritis, quæ bona cuncta  
potest.


Hæc tua Virtus est, te provocat, i pede fausto  
Sump turus studio digna brabea tuo.

THOMAS COCH  
Labecens.













\* (21) \*

confectionem distributori, dem *Dispach*  
fit, propter varias commissas in eo con  
merito dubitatum reperio. Et claude  
has annotatiunculas von der *Dispache*  
tabilis cujusdam, quod sequenti §. ex  
miralitatibus nostræ Judicio conclusi, libe


XVI.

EXTRACTVS  
PROTOCOLLI ADMIRALITATIS

de 10. Jan. M DC XCV

*Conclusum*, dasi Johann Phillip  
injunget werde / wann hinfuro ihm  
verfertigen committiret / von theils  
inhibiret werden will / er diejenige / so  
ihren einzuwendenden *Rationibus* an de  
Berichte so gleich (id est, bey erster  
Tage) verweisen soll. (Und fals Contr  
dann nicht einfinden sollten / er denno  
sprechens ungeachtet / mit der *Dispach*  
schuldig seyn solle.) Quæ ultima in par  
hensa *Concluso* quidem expresse non  
lexere tamen ita & extenderunt eaden  
de Lengercke, J. U. L. Reip. nostræ  
Consul hodie, & h. t. Præses, præclaris  
ritus, & Dn. Julivs Henricvs Schaf  
olim Secretarius, nunc Senator, itiden  
ritis insignis, in *Sessione* 28. Maji 1697

D



the scale towards document

tum  
oras,  
ique  
no-  
Ad-

hern  
e zu  
aber  
mit  
tät-  
ats  
so  
der-  
ren/  
pre-  
atel-  
r vs  
tor,  
me-  
u. L.  
me-

VII.